



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Virtutem amanti difficilem non esse. 70.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

cupiditatem. Sic videlicet in A-
 etis legimus quod ij qui ad Chris-
 sti fidem se conferebant, prædica-
 sua vendebant, pretiumque ad-
 ferebant, atque ad Apostolo-
 rum pedes abiiciebant. Quod
Epist ad mirum, teste Hieronymo, signi-
Lucam. ficabatur auaritiam pedibus
 proculcandam esse.

Virtutem amanti difficilem
 non esse.

70.

VT leporem capiat, frigus venator & æstum,
 Et ventos, gelidas perpetiturque nives
 Augeat vt mercator opes, doctrinæque crescat
 Vt puero, quid non sentit vterque mali?
 Quid, nisi amor, facit hæc animo perferre libenti,
 Omnia qui cunctis reddere prona solet?
 Ergo iussa Dei quisquis nimis aspera censes,
 Accusa frigus pectoris ipse tui.

S C H O L I A.

De verb. Vt leporem capiat) Augustinus
Dom. ægrotantium, militum, mercatorum
serm. 9. rum, venatorum ac scholasticorum

rum exemplo perspicuè ostendit, nullum esse tam grauem ac molestum laborem, qui amore non lenetur In his omnibus, inquit, qui hæc non amant eadem grauia patiuntur. Qui verò amant, eadem quidem, sed nõ grauia videntur pati. Omnia enim sæua & immania prorsus facilia & prope nulla efficit amor. Quanto ergo certius & facilius ad veram beatitudinem cupiditas facit, quod ad miseriam, quãtum potuit, cupiditas fecit. Quã facile sufferitur omnis aduersitas temporalis, vt æterna pœna vitetur, & æterna requies acquiratur? Non immeritò igitur vas electionis cum ingenti lætitia ait, Tribulationes huiusce temporis nõ sunt condignæ ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Atque inde est quod dicebat Dominus,

Rom. 8.

- Mat. II.* Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Et quamuis porta salutis angusta sit, quia pauci eam eligunt, facilis tamen est omnibus qui amant. Hæc Augustinus. Qui etiam alio loco tum victoria victa existimanda esse ait, cum
- Ier. 17* Dei amore vincuntur. Certè Jeremias Dei amore incensus, sanctissimam vitã suam nullo modo laboriosam esse censebat, quamuis alioqui in magnis grauibus calamitatibus versaretur. Nô laboraui, inquebat ad Deum, sequens te, Et Paulus charitatem tantã esse vim ait, vt eam nec tribulatio, nec persecutio vlla, per Christiano extorquere possit. Quocirca huiusmodi amoris optissimè tribui potest id quod
- Maxim. Tyran.* prophanus quidam Author dicebat: Huiusmodi amoris omnium in vniuersum amore dicebat: Huic neque fera, neque

ignis, neque precipitium, neque ensis, neque laqueus grauia videntur. Huic ardua quæ que facilia sunt.

De bonis, quæ piis hominibus in futura vita reconduntur.

71.

*Cum tuus et prauis sol luceat, atque in eorum
Optime Christe tuus decidat imber agros:
Quot bona siderea iustis seruentur in arce,
Quenam vox hominis commemorare queat?
O quater atque quater felix, qui demone victo
Tot fruitur supero latus in axe bonis!
Quam locus hic felix, Deus est ubi nectaris instar,
Et bibat usque licet, mens tamen usque sitit.*

SCHOLIA.

Cum tuus et prauis) Considerate fratres, inquit Augustinus, quæ dat Deus peccatoribus, & intelligite quid seruet & seruis suis. Peccatoribus blasphemantibus eum quotidie dat cælum & terram, dat fontes, fructus, salutem, filios, copias, libertatem. Hæc

*Tract. in
Psal. 85.*